

que, quis numerando assequi potest, quot animas ad fidem converterit, vel in fide confirmaverit cum Regis admonitionibus suis, cum exemplis? Reclinet captivos, terra lue infectis opulatur, his adificat Xenodochia, christianorum artes minuit, ut eos ab omnibus Barbarorum insultibus tueatur. Deinde sancta iustitia loca, quorum intuitu magis magisque illius accensus virtutem, redit in Galliam novos habiturus millium delictus ad bellum intaurandum. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

In nostro Sancto Rege omnia dignissima sunt, omnia magna, sed magnitudo majori in luce in carere, quam in solio consistat. Agit de redimendis iis, quos idem casus captivitate subiecerat, de se autem non agit. Si se quatenus Regem considerat, credit caput Regis Galliarum nullo redimi posse pretio; sed semetipsum Christianum considerans, et beatorem putat, quia dignus habitus est, qui captivitate ignominiam pro Jesu Christi gloria patiatur. Hoc in statu tantum præsert animi magnitudinem, ut illum victor ipse admirari teneatur, et concitetur gloriam Godefridorum, Baldwinorum, Philipporum, Ricardorum hujus gloria toto caelo esse inferiorum. Hi non sunt sensus hominis pseudo-magnanimi, sed Christiani Regis, qui nihil facere potest sua indignum majestate, aut Religione. Mors illi intentatur, si renuat parere juramentum, quod subiecit. Sum, inquit ille, in manibus vestris; penes vos est vita mea arbitrium, sed potius mille vitæ mta jacturam patiar, quam injuriam Domini, quem adoro, & cui servio. Generosi Eleazar spiritus animatus non vult gloriosam mortem subire, quam vita fuit, quæ fieret infamis propter scelus, quod illi proponitur. Artes mundanae? Execrabiles artes ad fallendam per æquiva hominum simplicitatem, Magnus hic Rex vos perhorrescit, novit Christianorum sacramenta esse debere et, est, non nos, nec alia vult facere. Non vult saltem facere vitam suam simulatorem, quæ hominibus sunt familiares, rogationem a verbo separare, & efficere, ut uno in sensu proferat ligua, quod in alio a corde intelligitur. Sancto Monarcha nil tam videtur indignum, quam ad mentem distimulandam abuti manere lingua, quod ad illam aliis aperiantur nobis largitus est Deus. *Auctor Sermonum.*

Postquam S. Ludovicus in Asia omnes conatus exercuerit suos pro Dei gloria, & fidel propagatione, cum primam ingressus esset iter; rursus in Africam contendit, quo Christianorum calamitas illum vocabat. Oblata illi spes Saracenorum convertendorum cum Regno Tuneti, oblivioni tradidit proliet ærummas, effecitque, ut iter arripere tanto ardore, ut populorum illorum nuntius responderet, se libenter redempturum conversionem Regis eorum, cuius spem illi facebant, propterea libertatis jactura; & hanc ob causam se reliquo vitæ suæ spatio fœdissimum captivitate persequantur. Itaque non pericula, non litocum difficultates, non terribiles inimicorum vires prolibere poterunt, ne mare traderet, ubi post Carthaginem captam, devictoque populo, qui fecerat, ut Romanam Imperium dicerentur, cum tum in statum res esset adducta, ut la Tuneti manibus Crucis vexillum attolleretur, contagioso morbo implicatus fuit; & Deo factis fuit zelum illius confexisset, quem maluit in celis quam in terra remunerari. Hic moror cum Rege Sancto, potius ut illum in altissimo virtutis, consummatæque sanctitatis apice morientem intuear, quam ut de morte illius vobis verba faciam, cum videam mihi desaturata verba pro argumendi dignitate satis significantia illius constantiam, pietatem, ac divina voluntati submissiorem. Illum igitur considero in hostico, sub tabernaculo stratum terra lue tabescentem, ardenti altuante febris, & obitum suum præstolantem hilari, tutoque oris habitu, & Regio corde, quod non tunc solum in Dei manibus fuit, sed semper adhaerit, & conjunctum fuit cum Dei ipsius corde in perfecta voluntati ejusdem conformitate. Illum contemplantur pacato animo exercitum, regnique sui negotiis consulentem; novissima Ecclésiæ Sacramenta ea pietate recipientem, quæ lacrimas elicit ex oculis eorum, qui fortunandem ejus fuerant admirati; & tandem ultima verba, & novissima vitæ suæ momenta impendentem in admirabili caelatione, quam sicut, & successori suo reliquit; post quam oculos in caelum tollentes illud mirati animam magnam simul videlicet omnium desiderant, & omnium mundi afflictionum. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Postquam magnus iste Rex reparata libertate postliminio in Galliam reversus est, donec se alteri præparatitineri profecturus in Africam ad Evangelium propagandum; nunquid se præparat Deus ad illum coronandum victoris recentibus? an dicitur potius recentibus calamitatibus? Cum Africa univerſa ad Sancti hujus Regis adventum trepidabat, dum Carthagine capta, Tanetana urbi imminere remoratur illum Deus, illum percenit, eique mortem præparat peccatoribus tantum reservatam. Pestifera lue percussus, dolore confectus fuit videns exercitum suum tunc absumptum intire. Extollit manum in talum divina veneratus judicia, quin illi aut querimonie; aut murmuris verbum elabatur. Quominus corrupti essent moris exercitui sui, non quæsit in illis causam ærumnarum suarum. Nihil forsitan Sancti præter ipsum erat inter Crucem signatus, & nihilominus suis tantum criminibus acceptus retrahit tot calamitates. Neque te factis tantum arbitratus est, si mortem furti traditus severissimis divina iustitiæ flagellis: voluit se morti proximam, & in agone positum in

S. Ludovici magnitudo in effere magis quam in folio.

S. Ludovicus recessus aggreditur bellum in Africam ad Africam adeo male vixisset.

cinere possit, ut ibi in actuali christiana penitentia exercitio moretetur. De hostium prosperitate conquestus non est. In speciem quidem desitutus a Deo, postquam ad ejus nuntium arma suscepit, in mortis seculo, ubi alius quilibet ab eo vix sece continuisset, ne in reverentiam quamdam querimoniam speciem erumperet, eo quod jam severa ratione fuisset exceptus; quin id cogitaret, accessit filium suum, & secutus cordis sui motus expirans præcipit illi; ut Deum diligat, ut hanc uti Domino serviat, digne cui serviat; ut regni potius, vitæque jacturam, quam divina gratia; patitur; obliviscitur status illius in quo est, animamque suam effundit in sensibus præstantissimis, & tenerrimis amoris Dei: nihil exacerbare valet cor ejus; neque prohibere, ne Parentis illum percutientis manum reveretur. *Pater Chyminai.*

In ea calamitate quæ accidit S. Ludovico in novissimo itinere, quod trans mare fuscipit, unicum doloris argumentum invenit, in quo vix solamen aliquid admittere potuit. Illud autem non fuit molestus ille morbus, quo percussus fuit, neque proxima sibi mors, sed videre, se infelicem esse non posse, quin aliquid de gloria Dei immineretur. Si cum exercitu suo moriens efficeret potuisset, ut verus coleretur Deus, adoraretur Filius ejus Jesus Christus, & Cruis triumpharet, ille voti sui compos fatis ingebatur: sed ex humanis decedere, quin videtur cultum Regis Regum apud Nationes omnes constitutum; obire in terra, in qua Jesu Christi nomen invocatum non est; videre Sancta loca avaritiae, & impietati inimicorum nominis Christiani tradita, & assequi non posse, ut ubique terrarum regnaret ille, & quo ipse tantus Rex fuerat constitutus; hoc procul dubio fuit Principi religiosissimo maximum doloris incrementum, quod digne remunerari non potuit, nisi Deo ipso magnificentia, pro cuius gloria totam vitam suam impenderat. *Idem.*

Magnus hic Princeps, quin reliquum vitæ spatium querelis & doloribus tereret, qui vultu humane vitæ finem faciens, novissima vitæ suæ momenta impendit erudiens filium suum, eique artem potius servienti Deo, quam hominibus imperandi tradens. Commendat illi, quod David moriens Salomoni commendavit, ut Deo fidelis esset, ac Religioni. Verum faciens cor Regum esse in manibus Dei, adjurat hunc, ut ad majorem nominis ipsius gloriam heredis sui cor, animamque disponat. Divinam orat misericordiam, ut pietas, quam illa in suo corde pepererat, migret in cor illius, quem in lucem edi voluit, futuram regi sui successorem; & feliciter compleat pium desiderium, quod in corde fuscipenderat, reparandi Domum Dei, & efficiendi, ut regnet Evangelium, quandoquidem sibi negatum fuerat illud illud, sed sanctissimum facinus ad optatum finem perduere. Peti denique pro Filio suo sapientiam, qua solium suum in solida pietate confirmet, quæ efficiat ut in regionibus illius imperio subiectis iustitia, & tranquillitas regnet, ut ibi veritas diligatur, caritas exerceatur, & in subditorum corde inflammetur. Se satis vixisse, quandoquidem a Deo evocatur, & se non libenter solum, sed cum voluptate, & gaudio ad Agni pedes suam coronam projicere ad magnificam immortalitatis sedem evolaturum. *Rever. Auctor.*

Ex locis omnibus vitæ magni Regis hujus liquet illi honorem strenui, fortisque Viri, non secus ac nobilis, & sapientis laudem negari non posse, quoniam actionum ipsius gloria illam sui generis, ac naturalium obcurat, atque tres omnes hujus mundi partes admirabilis virtutis ejusdem testes fuerunt. Hoc probatur persequens argumentis, nisi injustum quoddam percrederetur præjudicium, quod facit, ut vix homines sibi persuadeant, pietatem, & fortitudinem conspici posse, simulque in eodem in eminenti gradu inveniri. Possit etiam aliquis existimare, satis esse, quod Princeps hic habeatur tanquam Sanctus, & Religiosus Monarcha, quin tamen ad Heroium gloriam aspiret; sed liquet satis per hoc ipsam voluisse Deum Sancti Ludovici exemplo docere, quomodo animæ, & ipsa virtus sanctificari possint ad sanctitas sublimiori cum magnificentia entitete videatur. *Auctor Sermonum in omnia argumenta, &c.*

Magnus hic Monarcha licet Sanctus esset secundum Evangelium, non desitit quæ minus secundum mundum esset non solum Rex magnus, verum etiam unus ex maximis, qui scriptum gestarunt. Dico magnam in omnibus fortibus, in quibus Regis celsitudo potest considerari. Magnus enim fuit in bellis, magnus in pace, magnus in prosperis, magnus in adversis; magnus in Regni sui regimine, magnus in ea ratione, qua cum aliis se gessit, magnus in suorum etiam inimicorum ædificatione; & hac omnia per eam vitæ sanctitatem, quæ in illius persona effulgebat, & quæ velint, nolint mortales, ille character est, qui ipsum super omnes Reges terra elevavit. *P. Bourdaloue.*

Non alio opus est argumento præter magni hujus Regis exemplum ad errorem esse illis extorquendum, qui æquo liberes mundi placitis devoti sunt; eum, qui canonicis Evangelicæ sanctitatis se subiecit, nullo pacto in mundo posse intetere. Licet enim hoc placitum ita verum esset, ut fallax est, dubitandum non esset, quod consilii capiendum foret: & postea etiam hoc principio, proculdubio omnibus sancti utilitatibus esset abrenuntiandum, & pro nihilo habendum, quiddam humana prudentia vocatur, ut sanctitatem, quæ verus est electorum character, amplecteremur. Ubi non licet virtutem.

S. Rex magni delecti non potuit ut Saluator ea in Barbara regione adoraretur.

Salutaria monita, quæ S. Ludovicus sanctum mortuus tradidit filio.

Pie considerantem in S. Ludovici vita.

S. Ludovicus sanctitas non oblitit quod minus omnibus moris magnus effect secundum Deum & homines.

Cetera illud præjudicium quod qui ferendo Evangelium vivit nequeant in mundo entetere.

virtutem, & sanctitatem simul conciliare, sola sufficere debet sanctitas, & eadem contenti reliqua conculemus, & cum Sapiente dicere valeamus, *Dicitur nihil esse duxi in compensatione illius.* (Sap. 7.) Sed Providentia tua, Domine, ad hanc nos non redigit necessitatem, neque unquam virtutem nostram adeo valido experimento probati. Quod coram te nos inexcusabiles reddidit, hoc est, quod certum est, nos recedentes a viis sanctitatis, recedere ab eo, quod unice potest nos etiam secundum mundi sententiam solide perfectos efficere, & dignos hominum laude, æque estimatione. Etenim sanctitatem deferentes in mundi ipsius opinione evadimus homines vani, mendaces, & injustitia pleni. Sanctitatem auferre; in mundo nihil nisi species est, diffimalitate, mendaciam, & hypocritis. Quid ergo faciendum est, ut ad solidam perfectionem perveniamus in variis statibus, quibus sumus implicati? Mater hujus Regis exemplum sequendum est. Sanctus unus Regem magnum constituit; hæc eadem sanctitas in tanta statum, in qua sumus, varietate efficere non debet trepidabilem, & nulla humana censura notandos. In mundo tibi negotium est; habes non secus ac Sanctus iste præterit: hæc ratio est eam laude negotium agendis, transigendis; Tibi est regenda provincia, tibi manere sunt obanda, itaque componende: fac hæc omnia, ut Sanctus Ludovicus faciebat, in Evangelii spiritu. Dabit tibi Deus benedictionem suam, & mortalem etiam alimationem, laudeque atque peris. *P. Bourdaloue.*

Vita, quam S. Ludovicus duxit in Aula sua, & magna quæ nobis virtutis perfectæ reliquit exempla, ad imitationem nostræ sunt profutura, vel aliquid aliquid nostræ damnationi coluatur. Et in facit, inquam, nostræ si illis uti non verimus; damnationem vero nisi illa fuerimus imitati. Rex humilis, Rex mortificatus, Rex penitens, licet alioquin Sanctus, hoc illud est, quod nos confundit. Non amamus Regina Austri surget in judicio, sed Rex noster confuget ad verus nos, & in illa die omnem recipiens potestatem, & jura ad verus nos, sententiam profert contra laxitatem, superbiam, teporemque

Magna S. Ludovicus exempla sumus conversionis eius, damnationi tua voluerent.

nostrum, contra nostram duritiam erga pauperes, luxum, & amorem proprium. Quid respondebimus, & quæ exculpationes afferemus? Si enim Sanctus hic Rex humilis esse potuit in solio, qui obstat, ne humiles simus in statu nostro, ubi omnia nobis humilitatem inspirant; & ubi ratione tantum opus est, ut humilitatem exerceamus; ubi, nisi conditionis nostræ sumus immemores, oblivisci non possumus necessitatis, quæ nos adigit, ut in humilitate vivamus? Si inter delicias Sanctus Rex ipse potuit ponens esse, quid vetat, quominus humiles simus in jogibus tentationibus, quibus aagimur; in moribus, in agritudinibus, in bonorum jactura, æque in totibus, & adversis, quibus sumus obnoxii in ea statum varietate, in qua nos collocare divina placuit providentia? Nobis in mundo non sunt tot obices superandi, tot evitandi scopus, tot hostes vincendi, quot magno huic Regi exposto in mundo crebris, gravissimisque periculis. Nulli igitur oblatio est; in qua nobis non liceat Christianos, & perfectos esse Christianos, dummodo velimus imitari ejus exemplum; & Sanctos fieri, eadem facilitate qua magnus iste Monarcha. *P. Bourdaloue.*

Magni Regis hujus exemplum non nobles tantum, principique mundi viros rubore suffundit; verum etiam omnia genera perforant. Quam enim ipsi causam prætereis possimus, ne Evangelii placitis adhaeremus, quandoquidem tuetur tantum Regem sece demerentem, ac humilitatem eduque, ut prosperibus servit, & in austerissima vitæ mortificatione? Quid sumus, ubi eum illo comparemur? Quid facimus quod ne longe quidem accedat ad ea, quæ ipse fecit? Conferamus vitam nostram cum vitæ illius, molitionem nostram cum illius austeritatibus; modicum caritatem nostram cum illius zelo, & fortitudine. Si exempla tui, Rex sancte, non satis vitium habent in cordibus nostris, adde, quæ tibi placet, preces tuas; neque enim dubitamus quominus libenter illas adicias, pro iis quibus contigit tibi subditos in terris, ut glorie tuæ sodales esse valeant in celis. *Auctor Sermonum in omnia argumenta, &c.*

Quomodo S. Ludovicus exemplo imitari debemus.

PRO ANGELICUSTODIS, S. Michaelis, & Angelorum Generatim, Panegyrico. MONITUM.

I animi grati significatio ab omnibus universe Fidelibus singularem erga Custodes Angelos religionem requirit, hæc Concionatores singularem prelarere tenentur duplici ex causa; quarum altera est, quod Spiritus Sanctus, qui illos ad loquendum inducit, beatorum horum spirituum opera vitur, ad illis supplicanda lumina, sententias, & verba, quæ ad Auditores permovendos sunt accommodatissima; ratio autem altera hæc est, quod non in concionandis munere vix, & ne vix quidem Orator secum dispensare valet, quominus breviter argumenti Sermonem influat propter frequentes occasiones, quæ occurrunt evnuantiandis eorum beneficia. & merita erga humanum genus in iis festis diebus, quod Ecclesia in eorum honorem celebrat; quæ seorsim Sancti Michaelis diem, alterumque Angelis Custodibus consecrat. sed ne tituli multiplices fiant, opere pretium dixi in hisce collationis meis eam verum epiam asserere simul, quæ utrique inferviant argumento; ita tamen ut utrumque non permisceatur, quod nonnullis concionatoribus accidit, qui Sancti Michaelis laudes celebrantes fere de Angelo Custode loquuntur, eo quod satis uberi verum copia ad argumentum suum exornandum desituntur.

Illud tamen animadvertendum est, cum Sermo de Tutelaribus Angelis nostris magis interfit, ita me susus hoc argumentum perfectum fuisse. Quoad modum vero argumenti hujus pertractandi illud prætermittendum non est, hoc non tam esse debere elogium aliqum, & Panegyricum, quam adorationem ad honorem alibendum, agendaque beatis his Spiritibus gratias, eorumque subsidium implorandum in necessitatibus; ideoque sedulo describendas esse curas, vigiliantiam, & affectum, quo illi obvenit munus sibi commissum a Deo; & quam sit felicitas nostra, qui tanto duce, & Patrono digni sumus inventi.

PARAGRAPHUS PRIMUS. Vars Sermonum hujus Argumenti Structura. Angeli sunt mandavit de te: ut custodiant te in omnibus viis tuis. Psalm. 90.

IN celebritate Sanctorum Angelorum Custodum, quam hodierna die recollit Ecclesia, admirationis, amoris, & imitationis argumentaprehendimus. 1. Admirationis infinitæ bonitatis Dei, qui satis non esse ratos homini desidee univerſa; quæ in Mundo conspiciunt, *Omnia subiecit sub pedibus ejus.* (Psalm. 8.) voluit etiam illi horum Spirituum famulatum prætare. 2. Amoris propter excessum divine bonitatis erga humilem hanc creaturam, qualis est homo. 3. Imitationis secundum exemplum obedientiæ, quam Angeli Sancti præstant imperis Creatoris sui, quin naturæ nostræ villitatem perhorreant.

Pro priori puncto, re adhuc integra considerari possunt Angeli tanquam Spirituales Intelligentia, & Spiritus ab omni materia expediti. Hæc de causa ex omnibus Creatoris Angeli proprios sunt divine Majestatis, & quæque essentia similes. Cum minime contenti ullis corporeis qualitatibus, non sunt, uti nos morti obnoxii; nulla in illis oritur mutatio

propter aeris, & elementorum vicissitudines, cum sint suapte natura immortales. Illud vero maxime mirandum est, quod Deus tantam habuerit bonitatem propter hominem, eumque peccatorem, ut illi custodem, & præsidium imbecillitatis ejus creaturam adeo perfectam, & proximam assignaverit.

Pro puncto altero in tanto divine bonitatis excessu nobis immorandum non esse arbitror in sterili admiratione, sed transcendendum ad intimos sensus tenere Caritatis. Ita est, ardentior nobis amanda est infinita bonitas, quæ ornatiſsimos Regni sui Principes, aulicoque amplissimos coegerit, ut nobis invigilent, atque ut ita dicam, nos famularum instar subsequantur, nostris servientes commodis, quæ ornatiſsimos possint quidquam in grati animi argumentum propter amicitiam suam, ipsi merorem, ac molestiam, si essent justimodi animi perturbationibus pares. Debeamus etiam pro animi grati sensum amare, & colere spiritus hos adeo perfectos, & numeros omnibus absolutos, ideoque tantum amabilem. Illud vero magis permovere nos dect, quod Angeli isti tantam erga nos habent caritatem, quantum ipsi cognoscere possunt ex bonis officiis, & subsidij, quæ in dies singulis nobis præstant. Etenim ex ipso natalium nostrorum primordio incipiunt gerere curam nostram a nobis repellunt, quæ essent oblatura, parentibus nostris bonam mentem ad utilitatem

te, praesertim sequendo S. hujus Archangeli humilitatem, & quaeque pro Dei gloria zelum imitando. Ex Meditationibus Patris Noveri.

XIV.

Si generatim venerari tenemur omnes Caelestes Hierarchias, & propter eximias qualitates, quibus illas exornare divinae placitum est Providentiae, & etiam propter nostram utilitatem, quandoquidem nobis in singula momenta auxiliantur, nobisque necessarias suppeditant vires, ut salutem nostram operemur, quanto magis Archangelum S. Michaelem amare, & honorare tenemur? Duplex inventio causam praebet, quae illum singulariter amare, & honorare debemus.

1. Quia Angelorum caput est, & prima creaturarum, quae generosa fide Creatoris gloriam servaverit.
2. Quia defensor est atque tutelar Angelus Ecclesiae Dei, quia sub ejus vexillo nobis praeliantum est, si victoriam cupimus reportare; ita ut si Deus illum nobis praeposuit, ut nobis ferret opem, nos quoque illum colere, etique obtemperare tenemur. P. Senault Oratorii.

XV.

Si verum est, quod S. Thomas ait, Angelos recepisse gratias pares nobilitati; inferendum est S. Michaelem unum omnes Angelorum gratias possidere; cumque illis usus fuerit ad Creatoris sui gloriam afferendam, generosa hac actione fuisse promeritum, ut esset

1. Dux, & Imperator triumphantis Ecclesiae, quam divina auctoritate gubernat.
2. Dux, & Imperator Ecclesiae militantis, cui fert opem in crebris invisibilium inimicorum insultibus.
3. Ecclesiae patientis, ad quam mittit Angelos suos, ut consolentur Sanctas animas, quae solvunt quidquid illis superest divinae iustitiae perolvendum. Auctor tenent.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, unde hauriri copia potest ad praeparandum Sermonem sicut hucus expugnatus, & Auctor, de hoc argumento pertractans.

Sacrae Pa. 120

Sacredus Augustinus in Psalmum 103. ubi ait, Angeli non enim eorum naturam, sed officium significare. Idem in Psalm. 62. ostendit ea in gloria, quae beati Spiritus illi gaudent, nos respicere tanquam Peregrinos ad eandem felicitatem in caelesti patria anhelantes, & nostrarum miseriarum, laborumque nostrorum misereri.

Sanctus idem in folioquibus amplam habet Sermonem de beneficiis, quos Custodes Angeli hominibus praestant. Idem in Psalmum 135. animadvertit in Scripturis Angelos nunquam vocari Deos, quo nomine homines nonnunquam vocantur, ne quis eos latrice cultu illis nequaquam debito colat.

Et ibidem ait, beatos hosce Spiritus nolle tanquam Deos haberi, quia nolunt honorem divinae maiestati debitum sibi vendicare. Idem in Psalmum 96. ostendit, Angelos debitores esse Deo horum omnium, quae possident, & gratiae, & gloriae, & omnium naturalium perfectionum, quibus praediti sunt.

Idem in Psalm. 119. explicat mysticam visionem Jacob vendentes, & descendentes Angelos videntes. Idem in Psalm. 78. explicat quomodo Angeli offerant Deo preces nostras.

S. Hieronymus in cap. 66. Ysaie pluribus Scripturae exemplis ostendit, adesse Angelos, quibus commissa est custodia Urbium, Regnorum, & personarum.

Idem in cap. 8. Danielis varia Angelorum explicat officia.

S. Basilus hom. 9. in Psalm. 35. ostendit, nobis adesse invisibilem Angelum, qui nos adversus invisibiles inimicos tuetur, qui nobis semper est praesens, nisi forte sceleribus nostris cum a nobis recedere cogamus.

Origenes hom. 20. in c. 22. Geneseos verba facit de Custodibus Angelis tanquam tutoribus nostris, qui curam gerunt nostri spiritualis boni; & quibus sparsam hanc curam mandavit Deus.

Idem homil. 20. in c. 27. Numerorum refert omnia Angelorum Custodum in nos promerita, & quantum fontes sumus, nisi illis obtemperemus.

Idem homil. 8. in c. 8. Iosue ostendit quomodo Custodes Angeli contra Daemonum insidias nos protegant.

Idem lib. 1. in primis Caput Iosue explicat, quid pro nobis agant Angeli cum adversus ante thronum Dei.

S. Bernardus duos edidit sermones in festum S. Michaelis dicens, sed non nisi de Angelis generatim verba facit.

Idem Sermones secundo in Dominica Nativitatis pervigilium agit de desiderio, & cura, quam habent nostrae salutis Angeli.

Idem Sermon. 12. in Psalm. Qui habitas &c. pulcherrimum habet de Angelo Custode sermonem, illius erga nos merita, & nostrae in illum officii significans.

Idem Sermon. 27. in Cantica latius de variis Angelorum ordinibus disserit.

Idem lib. 7. de Consol. cap. 3. & 4. iustus loquitur de natura Angelorum, de potestate quam receperunt a Deo, de illorum distinctionibus, & officiis.

Idem in Sermonem Omnium Sanctorum, & in Sermonem de Dedicatore Ecclesiae multa habet de Angelis Custodibus.

Aetelic.

S. Gregorius Papa hom. 54. in Evangelia tradit distinctionem Angelorum, & eorum officia.

Drexellus homo primo operum suorum habet prolixum tractatum de Angelo Custode. Harologium tutelarum Angeli.

P. Suffren in 2. volumine tomi primi Anni Christiani pag. 57. ubi loquitur de Angelo Custode.

Idem tom. 2. Meditat. pro Adventu unam habet de creatione, & lapsu Angelorum.

P. Ludovicus a Ponte in Meditationibus.

P. Nover libellum edidit de devotione erga Custodem Angelum.

Idem in vita J. C. in Sanctis Meditationem habet pro prima Octobris die de Angelo Tutelari.

Idem pro die Septembris 29. Meditationem habet de S. Michaeli.

Omnes qui solitudines, vel recessus, & Spiritualia exercitia scriperunt, de Angelorum peccato loquuntur.

Milos facinus Scholasticus, qui post S. Thomam de Angelis locuti sunt; quationes enim eorum abhorrent a intellectu.

Mathias Faber in tomo de festis Sanctorum plures habet Sermones de S. Michaeli, & Angelo Tutelari.

Granatenfis in Sermonibus latinis unum habet de S. Michaeli, & Angelo Custode.

Molinier homo 2. Sermonem de festis Sanctorum Sermonem habet de Angelis Custodibus, & alium de S. Michaeli Archangelo.

P. le Jeune Oratorii habet duos, alterum de S. Michaeli, & de S. Angelo Custode alterum.

Biroat homo 3. Panegyricum pariter duos; de Sancto Michaeli unum, alterumque de Angelo Tutelari.

P. Senault Oratorii homo 3. Panegyricum; unum de S. Michaeli.

P. Texier duos, alterum de S. Michaeli, & alterum de Angelo Custode.

In Elogiis Historicis unum invenies de Angelo Tutelari.

In Specimine Panegyricorum tria sunt de S. Michaeli compendia, in quibus etiam de Custodibus Angelis sermo est.

Auctor Sermonum in omnia argumenta &c. homo tertio Panegyricorum unum habet Angelis Custodis.

Molinier de Angelo Custode, & S. Michaeli homo 3. Sermonum in Dies Festos.

Mathias Faber in Aduvario.

Granatenfis in locis Communibus, ubi etiam invenitur latinus sermo hujus argumenti.

Thomas de Trugillo in Thesoro Concionatorum pro die festo S. Michaelis.

Engelgrave de S. Michaeli, & Angelo Custode, quos simul necit in tomo de Sanctorum Festivitatibus.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, applicationes Scripturarum huius argumenti.

Loci de Angelis generatim.

Qui facti Angeli tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem. Plalm. 103.

Fuerunt Jacobi, & tunc substantiam suam, pergens ad Isaac patrem suum: fueruntque ei obvia Angeli Dei, qui cum vidisset, ait: castra Dei sunt haec. Genes. 48.

Qui faciunt verbum ejus ad audientiam vestrum sermonum ejus. Pl. 101.

Millia millium, & decies centena millia assistebant ei. Dan. 7.

Benedixit Deus eorum, qui misit Angelum suum, & erunt servi sui, qui crediderunt in eum. Ibidem.

Non accedet ad te malum, quoniam Angelus suis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne unquam offendant ad lapidem pedem tuum. Pl. 90.

Benedicite Domino omnes Angeli ejus, potentes virtute, & facientes verbum illius. Pl. 103.

Omnes sunt administratores spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt. Hebr. 1.

Gaudium erit Angelis Dei super unum peccatorem poenitentiam agentem. Luc. 15.

Immisit Angelus Domini in circuitu simentiam, & eripiet eos. Pl. 33.

Loci qui conveniunt Angelis Custodibus.

Angelus suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Pl. 90.

Ecce misit Angelum meum, qui praecedat te, & introducat in locum, quem paravi. Exod. 23.

Oserva eum, ne contemnamus puter, quia nomen meum est in illo. Exod. 21.

Audi vocem ejus, quia non dimittet, qui peccaverit. Ibid. Dominus Deus Caeli, qui tulit me de domo patris mei; iste misit Angelum suum coram te. Genes. 22.

Conclonati torce Recta.

Qui colle. Sanaa cele. Arunt.

IV

Imperium Angeli auctum ad Agr. & Imacl.

Diversa exempla.

Beneficia ab Angeli Raphaelis ministeri Tobie collata.

Proferunt iudicib caput Holofernis, ait, vixit ipse Dominus, quia custodisti me Angelus ejus, & non permisit me Dominus occidit suam concupisari. Judith. 12.

Ait Tobias uxori suae, non spero, salvo venient filius noster. Credo enim, quod Angelus Dei bonus comitetur ei. & bene disponat omnia, quae circa eum geruntur. Tob. cap. 3.

Mathababai, & qui cum illo erant, rogabant Dominum, ut Bnam Angelum mitteret ad salutem Israel. 2. Machab. 11.

Nunc Dominator Caelorum misit Angelum tuum bonum ante nos: mitte illum in timore, & tremore magnitudinis brachii tui. Ibid. cap. 19.

Videte ne contemnat unum ex his pusillis: dico enim vobis, quis Angelus eorum semper videt faciem Patris mei, qui in caelis est. Matth. 18.

Pater, quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit esse beneficiis ejus? me duxit & reduxit sanum, & quoque videtur fecit lumen Caeli, & bonis omnibus per eum repleti sumus. Tob. 12.

Loci, qui conveniunt S. Michaeli flagellanti.

Passum est prolium in Gelo, Michael & Angelus ejus praesabantur cum Deo. Apocal. 12.

Et procellus est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Satanus, qui seducit universum orbem, & praesertim est in terram, & Angelus ejus cum illo missi sunt. Ibid.

Et ecce Michael unus ex principibus primis venit in adiuturum meum. Daniel. 11.

Cum Michael Archangelus cum Diabolo disputaret, altercarentur de Missi corpore. In Epist. Juda.

Michael principis exercitus Domini. Iosue 5.

Principis populi Israel. Daniel. 10.

Thronus tuus S. Michael representat animas nostras in laudem Sanctam, quam olim Abraham promissit, & semini ejus, sic cant Ecclesia.

Exempla, & figurae Scripturarum ad hoc argumentum scripturatum.

Nihil magis momenti in mortalium gratiam gestum est, ubi Angeli operam suam non locaverint. Ullum ne unquam majus periculum fuit, quam quod subit Loth in illa nefaria civitate in medio populi, quem Deus in ira sua exterminare volebat? Ignis, sulphurisque imber jamjam lapsurus erat in Sodomam. Hujus Patriarchae domus sceleratorum manui erat obsecra, qui ut tarpissimum expleret libidinem, sacra hospitalitatis iura temerare volebat. Quis non credidisset S. hominem vincendum fuisse multitudinis effrenis furoris? Sed Angelus fuppetat latus Loth apparet, illum contra plebis improbos conatus educere civitate, & eminus de monte videns universale infelicis oppidi incendium, agnovit, quae actiones gratiarum liberatori suo sibi essent tribuenda.

Operae pretium est hoc loco referre exemplum, quod nobis esse debet urgentissimum devotionis argumentum erga Sanctos Angelos, qui de nobis optime meriti sunt. Hoc illud est Agar, & Imacl. Intelix hoc mulier de Domo Abraham eiecit, & errans cum filio suo in vasta solitudine ad extremae quaeque redacta erat. Quid illi faciendum? Quo eundem? Quod consilii capienda? Quae spes illi in tanta calamitate affulgebat? Sed non proci abierat ab ea Angelus Domini. Nullam videbat viam, aut semitam; Sed Angelus ducebat illum sine via, & sine semita. Imacl trilitis victima indignationis Sarae jamjam agebat animam: adeo vehementer erat fatis, quae urebatur; sed Angelus Caritate referens, hic contentus, & inseparabilis amicus illi praebuit, unde sitim refecerat. Sic filius tuus, dixit illi matri, en fons aquae vive. Agar potum praebuit filio, & revixit. Eximia figura beneficiorum, quae nobis faciunt Angeli tunc temporis cum minus eorum spes affulget.

Plena sunt Scripturae exemplis subsidiolorum, quae Angeli famulis Dei praestiterunt. Hic videt populi Israel famulas nutritas ab Angelis, qui Propheetam per capillos rapum transferat a Iudaea in Babylonem, ut celeriter auxilium ferat famulo Dei eam non habenti, ibi non sine stupore videntur tres perit ambulantes in ardenti fornace, qui comburentur, opera unius Angeli in partes duas dividens flammam, & simpliciter eos pueros illuminantis. Alia ex parte cerere Equitem, hoc est, S. Augustini interprete, Angelum sub Equitis specie, candida pascuolum stola, praeventum Iudae Machabei copias & Lyfiae exercitum in fugam concienem, dimpntem, exterminantem. Alibi videt Balaam ab Angelo perterritum, gravissimisque minis correptum. Hic Heliodorum percussum eo quod ausus fuisset ingredi in templum ad sacra vasa surripientem, & auferendum thesaurus.

Si demones incedunt multis nos laesunt tentationibus, & vix liberam nobis reliquant spiritum in toto viae nostrae curriculo: Custodes Angeli videntes fieri posse ut liberatis nostrae infirmas frequentibus debilitata praesiliis vacua faciant, eorum vim tuis moderantur auxiliis, & nos in eum statum adducunt, ubi non improbis solum hostibus resistere, verum etiam de illis victoriam, atque triumphum referre valeamus: hoc pacto Raphael Angelus junioris Tobiae doctor Almodem in deserto revinxit, ne adolecentulo offerret:

Henry, Paneg. Tom. III.

& S. Joannes in Apocalypsi nobis exhibet Gathodem cujusdam argumentum? Omnes imitatores fidei, & Caritati Sancti hujus viri non arbitri debent sibi a Tutelaribus Angelis dici, quod Sancto huius veteris Testamenti Patriarchae: quando ad quibus praesertim tam, ut tumularis fratres tuos: quando ad evitandam Regis Sennacherib fuorem abfcondendas mortuos domi tuae, & nocte subaltis parentibus: quando cum pauperibus victum unum partiebaris: quando fugiebas hominum confortia, qui, quin lacrimis exilium luam prosequeretur, eodem oblectabantur; quando ea in calamitate, quae perculserat Deus aciem oculorum auferens tibi, illi benedicebas conjugis tuae imprecationem pertasus, videbam te, licet me non videres. Tunc colligebam guttas de fronte, & lacrimas ex oculis manantem, & insignem patientiam tuam inter acerbissimos dolores admirabar. Numerabar jejunia, elemosynas, preces, & mortificationes tuas, easque offerere Domino, qui deinceps me mittit ad te, ut solatium tibi affererem in tribulationibus tuis, reque a caecitate liberarem.

Via mortalis prodit in lucem statum ingressus, cum ipso in limine inventi, quod olim juniori occurrit Tobia, longum iter suscepuro: Irenis juvenem stantem, pascuolum, & quae se paratum ad ambulandum. (Tob. 5.) Pectus simul inquit, iteneris societatem fecunt, eandem corripuit viam, alter dux est, alter ducem sequitur. Sed heu! non ut Sanctus ille adolescens fidem sequitur ducem, sed nos, deo dextro firmo ostendit viam, nos laborum iter arripimus. Tobias Angelo Raphaeli acceptum referebat conjugis, iteneris ratione omnium exitum: Bonis omnibus per eum repletus sumus. (Tob. 12.) quod nobis esse debet exemplo, ut Tutelarum Angelorum negotia omnia, etiam temporalia commendemus, ac in eius auxilio confidamus, & omnes felices evectas illius curis, & Providentiae referamus acceptos, praesertim cum simul, & salutis nostrae, & gloriae divinae incrementum concitantur.

Angeli Sancti prolixo singularem habent prolixum carum magnaque voluptate in illis intrudunt, & erudientis propter illorum innocentiam. Centum nobis supplicunt rei hujus in sacris Historicis exempli, quale illud est, quem Angelus ignae nutriebat ab incubabulis, teste S. Epiphania: illud S. Joanni Baptista, qui novum aut decem menses natus orphanus relicta a suis in deserto, & Angeli Custodis sui cura traditus: Imaclis parvuli, quem Angelus enquit a morte, tunc cum mater sua desperatione adacta sub arbore exsoluit, cum neque haberet aquam, quae sitim illi relevaret, neque animam, quo illum posset morientem videre.

Caelestes hi Spiritus, qui ab ortu nostri curam gerunt, duplici erga nos munere occupantur. Sicut hi Spiritus offerunt preces, & vota nostra divinae Majestati, & nobis caelestes gratias promerentur. Hoc liquet exemplo Patriarchae Abraham, qui volens immolare filium suum, cum jam brachium exulisset, ut gladium vibaret, ab Angelo prohibitus fuit, qui hoc pacto victimam servavit incolentem. Haec ea sunt, quae praesertim suis Custos Angelus assuunt. Alterum ejus officium pulam innotescit in visione Jacob Patriarchae, ubi vidit mysticam schalam a terra in Caelum pertingentem, per quam ascendebant Angeli, & descendebant. Hoc oluvenit quotidie in Custodum Angelorum ministerio. Efficiant, ut fuae nostraeque simul preces in Caelum ascendant, ac ad nos Dei descendant miserationes.

Si Tutelares Angeli olim S. Paulum precati fuert ut cum ipsi operam suam locaret ad illuminandas Provincias sibi creditas: Concionatores, Missionarii, & illi, qui Dei gerunt negotia, & populi erudiendis vacant, non ludent operam si Caelestium horum spirituum opem implorant, ut eorum adjuvantiis subidius majorem vobis vim adderet, & consiliis suis fortunatiorem succellum adquirerent. Cum enim de lucrantis Deo animabus sermo est, quid sperare possint homines infirmi, ac nutantes quos illi sunt, nisi Angelorum opem poposcerint, & nisi ardem cum illis locentem conjuxerint?

Inter Ductores continent, omnia aperta, & miraculosa signa protectionum, quae populus Israel accepit usque ad Messiam adventum, illi S. Michaeli praestita fuisse. Hic fuit exterminator Angelus, qui pinguetiam Aegypti percussit, & Israelitas ex Pharaonis sericute subdavit. Hunc Deus in locum suum substituit, ut per mare rubrum traduceret populum, & ad divos illius flactus iteum in statum pristinum revocaret, ad illius hostes contumeliam. Ille praecedens populum Israel in nubis speciem per diem, & ignea columna per noctem ostendebat illi viam profus admirabilem, per quam in terram promissam ingrederetur. Per os hujus Angeli dixit Deus populo suo: Ego sumus in deserto Aegypti.

Opera, quae Angelus Raphael Tobiae Patri afferebat, nonne sunt cumulatissimum fiducia mortalibus omnibus praestit praestitae Tobiae patri occu- lesu aciem illi restituerunt, & offeris Deo opera bona, quae faciebant.

Angeli non sibi curam suscipiant, ab ipso naturae merito, sed quaeque committantur.

Magnam praesertim curam Angelus offerit Deo preces nostras, & quae vivunt in innocentia, & parvulorum.

Sancti Caelestes Angeli offerunt Deo preces nostras, & quaeque committantur.

De Angelis sicut Paulus inquit, ut cum ipsi operam suam locaret ad illuminandas Provincias sibi creditas: Concionatores, Missionarii, & illi, qui Dei gerunt negotia, & populi erudiendis vacant, non ludent operam si Caelestium horum spirituum opem implorant, ut eorum adjuvantiis subidius majorem vobis vim adderet, & consiliis suis fortunatiorem succellum adquirerent.

S. Michael erat pater noster, ac Tutelar Angelus Synagoga in templo veteri.

Ego.

